

407 I. o. m. | et Marti | custodi | P. Helvius | Pertinax | praef.¹

Sirmii (Mitrovič) ter descripta (III 3232). Teste biographo c. 1. 2 Pertinax post relictum munus grammatici primum centurio, deinde praefectus cohortis factus est, mox alam rexii. In altera utra harum praefecturarum hunc titulum posuisse putandus est. — Praeterea extat mentio Pertinacis nondum imperatoris in titulo Apulensi arch. ep. Mitth. 9 p. 246 (= III S. 7751), scilicet ut consularis Daciae (cf. vit 2, 11).

408 imp. Cae[sari] | P. Helv. Pert[inaci]¹ | principi sen[atuz]² | cos. II³, p. p., [c. D.]⁴ | dedicavit.

Dertosae (Tortosa) in Hispania, semel descr. saec. XVI (II 5128). — 1) Peri, 2) sene apographum. Etiam Dione 75, 5 teste Pertinax πρόχρητος τῆς γερονσίας κατά τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη. — 3) Consul iterum Pertinax fuit a. 192 cum Commodo septimum. — 4) Colonia Dertosa (suppl. Hue).

409 imp. Caes. P. Helvio | Pertinaci Aug. | cos. II, pontifici | maximo, trib. pot., | p. p., principi sen., | fortissimo duci | et omnium vir[tu]t[u]m principi, | Capenates foeder.¹, | pr.² C. Licinio Sperando. (In latere) dedicata XIII kal. April. | cur. P. Sextilio Prospecto | et L. Mucio Muciano | qq., | Falcone et Claro cos.³ |

In agro Capenate rep., est Romae (XI 3873). — 1) Foederati. — 2) Praetore (cf. XI 3876 a). — 3) Consules sunt a. 193. Dedicata est basis sex diebus ante caedem Pertinacis.

410 pro salute imp. Caes. | P. Helvi Pertinacis¹ | Aug. p. p., pontif. max., | trib. potestat., cos. II, | P. Hel. Pertinacis Caes.² | et Fl. Titianae August. | Oceanus ser. verna | dispen[s.] à frumento.³

Metz rep. a. 1749, postea Argentorati, ubi periit a. 1870, ara ornata Apollinis et Mercurii imaginibus (Renier mélanges d'épigraphie p. 172; Robert épigraphie de la Moselle I p. 62 II p. 15 tab. V fig. 5, uterque de visu, hic praeterea adhibito ectypo chartaceo). — 1) Verba P. Helvi Pertinacis Renierus ait legi in litura; idque ita explicat ut Pertinacis nomen iussu Albini deletum sit, postea iussu Severi restitutum. — 2) Pertinacem Caesaris et Augustae vocabula a senatu filio uxorigue decreta recusasse tradunt biographus c. 5, 4. 6, 9 et Dio 73, 7; in provinciis tamen fuisse qui hanc modestiam imperatoris vel nescirent vel non curarent, testes sunt nummi aliquot (Sallet Zeitschr. f. Num. 1, 314; Cohen² 5 p. 397). — 3) Verba dispens. a frumento nec Renier nec Robert viderunt, addita sunt ex Schoepflii Alsat. ill. I p. 586.

411 divo Pertinaci | Aug. patri¹ | L. Scantius L. fil. Quir. | Iulianus, eq. pub. | exornatus, statuam, | quam promisit | ex re ditibus lo[corum] am-
pithe[atri] diei muneris, | quem² de libera[litate] sua ob ho[norem] IIIvira[tus]³
edidit, dedit.

*Cirtae (Constantinae) (VIII 6995). — 1) Patrem putat Mommsenus (VIII l. c.) dici divum Pertinacem Augustum ad caemplum Martis patris, Summani patris simi-
liumque numinum, Augusti patrem eum dici putat Renierus (mélanges d'épigraphie
p. 185), nempe Severi, qui, cum Pertinacem se dici voluisset, potest ansam dedisse
quibusdam provincialibus credendi voluisse se dici filium divi Pertinacis, ut re vera*